adiuuare eidemq; ſaluū conductum adderet. et hortati quia tenus ſuper hoſtiū terras tales mulier grandines fulmina et tempeſtates puocabant ut ſic hoſtium terrā periclitare moliretur. Etiam quia videmus qđ ipſe talia facere non poteſt etiam ſi vellem. Ad faciendūq; etiam ſi a principibus (quod tamen abſit) inducerentur. Unde inferendū cenſeo ipſas talia facere non poſſe. Preterea ex fide habemus ſolū deum ſtellarum et elementorum eſſe gubernatorem. qui legem pari federa iuberet eoq; qui (ſm Boetium in iii. de cōſolatione) perpetua mundum ratione gubernat. ſtabiliſq; manēs dans cuncta moueri. quō igitur tales mulieres adiutorio demonū illum ſummū motorem (certa ratione omnia gubernatorem) in huiuſmōi ſuo motu impedire. ⁊ in aliū motum dirigere poſſent. ¶ Conradus Ponderādū quidem eſt magni principis ratio. Sed nō minus ponderandū eſt illud qđ. Exodi vij. dicitur. Nam cum moyſes ante faciem pharaonis regis egipti multa ſigna et prodigia feciſſet. nihilominus malefici etiam talia ſimiliter fecerunt. qui incantationibus ſuis aquam in ſanguinem verterunt et ranas ſuper terram produxerunt. Ecce igitur ex ſacra ſcriptura veteris teſtamenti clarere. qđ malefici adiutorio demonum aquas turbarunt quia eas in ſanguinem verterunt et agros predijſq; ranis confuderunt. Item in primo libro iob. c. primo legitur qđ dyabolo procurante ventus vehemens irruit in regione deſerti et concuſſit quatuor angulos domus que corruens oppreſſit liberos iob ⁊ mortui ſunt. Ecce qđ dyabolus poteſtate ſua aerem puocauit et pueros oppreſſit. Dicitur etiam eodem li. dyabolū fulmina ignis puocaſſe. Dicit enim tertius ignis dei cecidit de celo. et tactas oues pueroſq; cōſumpſit. Item Johannes apoca. ſeptimo ca. Poſt hec vidi angelos ſtantes ſup quatuor angulos terre tenētes quatuor ventos ne flarent in terram, neq; in mari neq; in ullā arborem Et vidi alium angelū deſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum dei viui. et clamauit voce magna quibus datum eſt nocere terre ⁊ mari dicēs. Nolite nocere terre neq; mari neq; arboribus quouſq; ſignemus ſeruos dei in frontibus eorum ¶ Sigiſmūdus. Doctor qui ſunt illi quatuor angeli quibus ait iohannes eſſe datū poſſe nocere terre mari ⁊ arboribus.